21 *Cadere igitur fecit Iehoua Deus ſoporem in hominem, & obdormiuit: tulitq́ vnam è coſtis eius, & clauſit carnem pro ea.*

22 *Et ædificauit Iehoua Deus coſtam illam, quam tulerat ex homine, in mulierem, & adduxit eam ad hominem.*

23 *Dixitq́ homo: Hac vice* hęc eſt *os ex oſsibus meis, & caro ex carne mea: propterea vocabitur viriſſa, quia ex viro ſumta eſt iſta.*

24 *Idcirco derelinquet vnuſquiſque patrem ſuum ac matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, eruntq́ caro vna.*

25 *Erant autem ambo nudi, Adam & vxor eius, nec pudebat eos.*

LECTIO.

ויאמר] *Vaiómer* per præteritum pluſquamperfectum eſt reddendum: *Dixerat etiam*, nempe die ſexto, poſtquam Adamum creaſſet, & in horto locaſſet. Futurum Kal, Seghol ſub vltima pro Patach propter retractum accentum. Ceuall. pag. 174.

לבדו] *lebhaddó, ſoli ipſi*: non eſt bonum homini eſſe ſoli ipſi. בדד *badad* ſolus, a, um, vtriuſque numeri, & בד bad vno ד cum ל frequentius: & tunc per Daghes compenſatur defectus alterius ד, ſignificat etiam aduerbialiter ſeorſum Zach 12 12. *Planget vnaquæq́ familia* לבד *lebhad ſeorſum.*

אעשה] ſingulare *Faciam.* LXX pluraliter ποιήσωμεν *faciamus*, quaſi eſſet נעשה, vt fuit verſu 26. cap. 1.

עזר] *adiutorium.* LXX βοηθὸν *auxiliatorem*: quia mulier auxiliari debet viro, vſum & officium mulieris exprimit &c. à עזר auxiliari.

כנגדו] *coram eo*, vel *iuxta eum.* LXX κατ' αὐτόν: Lutherus, die vmb jhn ſey: non vt famula, ſed vt indiuidua vitæ ſocia, id eſt quæ ipſi intime conſueſcat. נגד verbum proprie eſt *coram referre*, à נגד *néged ante* vel *coram.* כ præfixum volunt aliqui cum D. Kimhi eſſe expreſſiuum veritatis: quæ ſit vere & iugiter coram ea, vt Geneſ. 25. 33 Iura mihi כיום id eſt, vere tempore hoc: Alii non recte, *contra ipſum*, id eſt, quæ ipſi reſiſtat, quia ſic non eſſet adiutorium ſed aduerſaria. Rectius eſt nota ſimilitudinis, vt communiter: *quæ ipſi conueniat*: ſit ſimilis ei natura & ſpecie: vnde LXX. verſ. 20. ὅμοιος αὐτῷ

ויצר] *Vaiitzer formauerat autem*, futurum pro ויצר *Vaiietzer*: ſupra ver 7. erat per duplex iod. Ceuall. pag 82 Eſt parentheſis. Vetus recte vertit per ablatiuos abſolutos: *Formatis igitur*: niſi quod vau rectius aduerſatiue, quam illatiue.

ויבא] *vaiabhé*: & venire fecit, id eſt, *adduxit*: futurum Hiphil pro ויביא *vaiabhi*, à בוא quieſc א ל & ו ע. Sic הבוא *thabhe* adduxit me, Ezech 8 3.

מה] Scribitur cum Seghol, & Kamets & Patach ſequente Makkaph vel Daghes. מה meh dicitur ſequente Camets, *quomodo, qualis*: non eſt interrogatiuum perſonæ: ſicut מי *mi, quis?*

יקרא] קרא *vocare*, nomen in ſere: plerunque cum Datiuo לו *illud* nempe כל &c. alii reciproce ad Adamum לו ſibi, id eſt, in ſuum vſum. Sic לו non videbitur redundare in altero membro verſus: quod alioqui habet hyperbaton, & ſic ſonat: & omne (nomen) quod homo vocauit ſibi, id eſt, in ſuum vſum, animæ viuenti hoc nomen eius. Sic נפש erit pro לנפש Tremellius לו *Vnicuique*: Sic cohærebit cum animæ viuenti quaſi per tmeſin אדם ſit poſita inter לו & נפש.

ויפל] *Vaiappel*, & cadere fecit, id eſt, immiſit. Futurum hiphil pro præterito à נפל defect. *Pe nun.*

תרדמה] Soporem. Græc. ἔκστασιν: alii κάρον lethargum: ſignificat omnino profundum ſomnum vt Gen 15 12. & 1 Sam. 26 12. & Ieſa 29. 10. Eſt à רדם *ſoporare*. Somnus leuior eſt שנה Græc. ὕπνος.

ויישן] *Et obdormiuit*: fut. Kal à ישן quieſc pe iod pro ויישן vaieſchen prius Tſeri tranſit in Chirik: poſterius in patach: & propter pauſam in Camets Ceuall pag 82.

מצלעתיו] è coſtis eius. צלע eſt coſta & latus hic coſtam, non latus ſignificat: quia notatur materia creatæ mulieris: & quia Deus occluſit carnem pro ea indicatur eximendo coſtam feciſſe hiatum ſeu vulnus in latere. Proprie igitur eſt coſta: Synecdochice latus: metaphorice trabes notat in domo.

תחתנה] Pro ea, ſeu loco eius coſtæ ablatæ: תחת pro, loco, vice: ה fœmininum affixum oſtendit צלע eſſe fœmininum

ויבן] *Et ædificauit*: fut. Kal à בנה ædificare: Putatur vſus potius verbo ædificandi: quam faciendi, quia vxor eſt marito pro domo, ex qua ædificat familiam.

פעם